140 to 61

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 31
Tabla
Número 140

4
H-28

Caja 2-65

Comiençan los numeros desde .1. asta 25, y luego buelven à començar desde el numero .1.º y como estan se an de coser.

Del P.e Pedro de Montenegro 1

Del Collegio de la Comp.ª de Jesus de Granada. BBC.

Memoriales,

Tratados y varios Papeles, y Decretos Pontificios en fauor del Misterio de la purissima Concepcion de Nuestra S.ª

Y

diuersas Cartas de Reyes, Reynas, Principes assi Ecclesiasticos, como seglares escritas à los Summos Pontifices en diferentes ocasiones pidiendo la definicion del misterio de la Concepcion de Nra Señora

Tomo Primero.

El Indice destos Papeles està en la oja siguiente.

No tiene papel alguno prohibido por el expurgatorio de 1707, ô decretos q̃ tenemos de los q̃ an salido hasta el año de 1721.

Alabado sea el SS.mo Sacram.to y la immaculada Concepcion de la Virgen Maria nra S.ª concebida sin pecado Original.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Indice

de los Papeles de este Tomo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Copia literarum Caesarearum ad Regem Catholicum, ut apud Suam Sanctitatem, decretum adversus Immaculatam Conceptionem moderetur. 14-101 204 81

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Ferdinandus Tertius.

Serenissime Princeps consobrine, Gener, ac Frater Charissime. Ad nos relatum est quemadmodum sub finem Pontificatus quondam Urbani Octavi, decretum quoddam subreptitium, et obreptitium, quo in posterum in typo titulum Immaculatae nominis Conceptionis anteponere non liceat, fuerit conceptum.

Non dubitamus quidem quin Serenitati Vestrae iam ante hac de re abunde constet, eamque pro eo, quo erga Deiparam fertur cultu, et veneratione non minus ac nos aegre molesteque ferat, quin etiam vehementer miretur hanc disceptationem tot Summorum Pontificum authoritate, et Decretis determinatam, nunc denuo post tot annorum intervallum in dubium vocari: Siquidem centum, et amplius effluxerint anni, quod Sixtus 4. Pontifex Maximus fideles Officio proprio, et Missae Sacrificio ad Immaculatam Conceptionem peculiaribus Indulgentiis invitavit, adeoque etiam deinde a Sancta Sede contrasentientibus silentium impositum fuerit, ut neque in pulpitis ac Catedris, neque in privatis colloquijs contra Immaculatam Conceptionem loqui queant, ac postea quoque a Gregorio XV. 14. Maij anni 1622 edictum sit, ut omnes in Missa, et Officio Divino tam publice quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine utentur. Tametsi igitur nobis exploratum sit Serenitatem Vestram cum sua sponte indole, ac pietate incitatam, tum Augustae domus nostrae, nominatim vero eiusdem quondam Domini Genitoris, ac Praedecessoris Soceri nostri Charissimi, laudatissimo exemplo extimulatam in eam curam vel ultro toto pectore incumbere, quo Beatissimae Virgini Mariae debitus, ac velut acquisitus honor non modo non imminuatur, sed magis magisque illustretur, augeaturque, quippe quae minime omnium ignorare potest hoc dicti Colendissimi Domini Soceri nostri fuisse elogium, quod si omnino necessarium putaret, se Romae adesse, et ad pedes Suae Sanctitatis provolui, ad hoc ut pro Sanctissimae Virginis Originali Iustitia extrema ferretur sententia, et causa ista per S. Spiritus assistentiam definiretur, ipse quamprimum fieri posset, alijs quibuscunque rebus posthabitis, et omnibus superatis difficultatibus Romam contendere, et Suae Sanctitati sistere se vellet: pro nostra tamen parte facere noluimus, quin Serenitatem Vestram huius velut Officij utriusque nostrum communis amanter commonefaceremus, proque mutua Fraterna consuetudine requireremus, ut apud Sanctitatem Suam opportuna sua officia nostris coniungere atque id pro viribus per Oratorem suum

Romæ residentes curare velit, quo subjectum sub Urbano Octavo concessum, ut nero approbatum
Decretum Sedes Ap.lica moderetur, ac in effectum deduci minimè patiatur, minimè dubi
quin quemadmodum ad Deum ipsum pertinet, ut Sanctissimæ Mariæ debitus honor san
ctius conservetur, ita quanto ferventius eundem defendendum susceperimus. Si quo
causam nostram eò potentius vindicabit, et tuebitur. Quod reliquum est Ser.ti V.ræ obse
Constantissimi Generi, et Fratris amantissimi offerimus. Datæ in Arce nostra Lincent
prima die Septembris Anni 1648 –

Cuenta 318 folios útiles foliados
20 En.º 1905

319 fol. + fol. 251 à 258 rep.s + 317 bis (+ 27 hoj. en bl.
faltan los fol.s 278 y 279 (resto compl.º)
15 - Mayo - 1912

Biblioteca Universitaria de Granada

CAJA - 2
65